



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Matrimonium concors.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**A**thanafius in iis quæ contra gentiles fcripfit, rationem Lyrae comparavit, ubi de anima, mente & fenfu differit: quippe id Lyrae haud diffimile videri ait, quæ rectæ temperata fit, & Mufico qui eam refonare faciat, non imperito. Est enim in Lyrae nervis fuus cuique fonus, gravis, acutus, medius, argutus, atque alius aliis. Conventus autem nullus difcerni aut internofci potest, nifi ficitinis ars accedat. Tum vero modulatio & varia foni fva vitas oftenditur, cum qui Lyram tenet, nervis increpuit, fingulosque apte percurrerit. Eodem modo, cum fensus in corpore fint tamquam Lyrae compofiti, fi docta mens illis imperavit, difcernet animus, quid abfonum, quid concinnum fit, quale fit unicuique rei temperamentum adhibendum, ut nihil denique facere, aut meditari aggrediatur, quod modulis & tonis non refpondeat, unde concors concetus exaudiatur. Et nonnulli concordiam inde dici putant, quod chordæ variæ in unam convenient harmoniam. Tamefi alii concordiam à corde deductam malunt, qui Tullio innituntur Tufculanarum primo dicenti: *Alia cor ipfam* *animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordæque dicuntur*, ut in Cordis commentario difputatum: eamque afferunt rationem, quod id locutionis in monumentis antiquis afpiratione caret. Qui chordis infiftunt concordem à Græcis *ὁμόφωνοι* dici opponunt confueffeque ajunt veteres elocutiones plerisque in Latinitatis ufum receptis, adjectam confonantibus afpirationem fummovere quatuor tantum admiffis, quæ Scaurus enumerat.

Concordia unde.

## MATRIMONIUM CONCORS. CAP. VI.

**S**ed nos ut ad concordia fignificata redeamus, illud ex Onirocritarum difciplina deprompfimus, ut fi quis nuptiarum tempore Lyram per fomnium videre imaginatus fuerit, concordiam, id inter maritum & uxorem futuram fignificare.

## MUSICA. CAP. VII.

Neronis numisma. Idg. adeo, ut citharam à iudicib ad fe delatam adoravit. Suet in Nerone c. 12.

Pomponii Mufæ numisma.

**Q**uæ vero Lyra eft in Neronis numo, ftudium ejus in arte Mufica, & victoriam ex certamine eo partam fignificare crediderim. Fidibus enim eum oblectatum ad infaniam ufque, & in theatris Mufica decertaffe, non fine majeltatis Imperatoris dedecore atque ignominia, fcriptores eorum temporum omnes prodiderunt. Nam is præter numos ea nota percuffos, ftatuas etiam fibi citharæ dico habitu pofuit.

## POMPONII MUSA. CAP. VIII.

**E**ft & Pomponii Mufæ numus: à cujus altera parte muliebre fignum eft cum Lyra & Plectro, id quid fibi aliud velit, quam ejus cognomentum, non video: five is Pomponius Poeta fuerit, de quo apud Plinium, five qui in bello Mithridatico captus, cum multis vulneribus faucibus ad Mithridatem adductus, interrogatus ab eo effet, an amicus futurus effet, fi opera juffu regio daretur, ut curaretur: refpondens, *Si tu, inquit, populo Romano amicus fueris, aliter me quoque femper inimicum habebis.*

## AMOR. CAP. IX.

Unde illud *ὁμοίως φιλότητος* ab Homero & Hefiodo appellatam exponit, adverfat Hefiodo, neq; dictam *ὅτι ἀρεστικὸν καὶ ἡρώδης, οἷδε μὲν γὰρ περικύθηρα, καὶ ἡρώδης δὲ ἡ καὶ πομμένην ἔχουσαν ἐν αὐτῇ πύσιν τῆς ἐγὼνικῆς Φιλίας.* Non affentitur, inquam, Proclus ut Cythera dicta fit à Cytheris, ubi illi templum aræque tot frequentiffimo mortalium conventu colebantur: quia inquit, *κύθηρα* vocantur infula illa, & *alta Cythera* etiam apud Maronem, cujus fcilicet vocabuli fyllaba media per *η* vocalem longam perfcribatur. Dictam vero Cytheream ait, quod univerfa confuetudinis amatoris vim intra fe occultat. Nam & alii Cytheream ab occultanda turpitudine dictam voluere, & illi in abdito templum fuiffe alibi dicimus. *Hinc de Ariftoti Diſtichis*

**Q**uoniam vero voluntatum, ftudiorumq; confenfus atque fimilitudo amorem parit, celebratur à Platone Lyra inter amatoria monumenta; libro de Anima. Proclusq; ubi Venerem Cytheream ab Homero & Hefiodo appellatam exponit, adverfat Hefiodo, neq; dictam *ὅτι ἀρεστικὸν καὶ ἡρώδης, οἷδε μὲν γὰρ περικύθηρα, καὶ ἡρώδης δὲ ἡ καὶ πομμένην ἔχουσαν ἐν αὐτῇ πύσιν τῆς ἐγὼνικῆς Φιλίας.* Non affentitur, inquam, Proclus ut Cythera dicta fit à Cytheris, ubi illi templum aræque tot frequentiffimo mortalium conventu colebantur: quia inquit, *κύθηρα* vocantur infula illa, & *alta Cythera* etiam apud Maronem, cujus fcilicet vocabuli fyllaba media per *η* vocalem longam perfcribatur. Dictam vero Cytheream ait, quod univerfa confuetudinis amatoris vim intra fe occultat. Nam & alii Cytheream ab occultanda turpitudine dictam voluere, & illi in abdito templum fuiffe alibi dicimus. *Hinc de Ariftoti Diſtichis*

Gratias